

Abdias

Incipit prologus in Abdia ppheta.

eloquio.

Iacob p̄iarcha habuit fratrem esau. qui ob ruforem corporis sui edō hebreā linguā appellatus ē quod latine sanguineus dicitur.

Is memoratū fratē suū. qui israel nomen acceperat graui odio cōmotus interimere conatus ē. Quā de causa omnes qui p̄lm̄ isrl̄ id est filios patriarche iacob predicti esau odium imitati persecuti sunt. esau et edom appellati sunt. Et q̄q̄ populus isrl̄ de captiuitate chaldeoz per circum regem persarum iutu dei reuocatus in hierusalem ab alio regno grauius afflictus atq̄ oppressus ē ideo hoc regnū quod more esau predictum populū persecutum est. per denūciationē abdie prophete increpatur. qd̄ nō dei indignatione sed sua virtute populū superatū gloriabatur. De quo regno olim per dauid in. ps̄. cētesimo tricesimo sexto dictum est. Memore domine filiorum edom in die hierusalem Nam reliqua lectione comprehensa. futurum in gentes iudicium. ob causas lectione comprehensas regnūq̄ dei in populo israel significat. Hebrei hūc dicūt esse. qui sub rege samarie achab. et impiissima iesabel p̄uicē centū pphetas in specub. qui nō curauerūt genu ante baal. et de septem milib. erat quos helias arguit ignorasse. Sepulcrum quoq̄ eius vsq̄ hodie. cum mansoleo helisei prophete. et baptiste iohannis in sebastiener generatione habetur. que olim samaria dicebatur. Hanc herodes rex atipatris filius in honore augusti cesaris greco nomine vocauit augustiam. Hic igit̄ q̄ centū prophetas pauerat. accepit gratiam pphetalē et de duce exercitus fuit dux ecclesie. Tūc in samaria paruū regem pauerat. nūc i toto orbe xpi pascit ecclesias. Et sicut stephanus coronam meruit passionis. sic hic de fuitutis dei cum paulo apostolo nomine gloriat̄ q̄ abdias. seruus domini in nostro sonat

Explicit prologus. Incipit argumentū

Abdias qui interpretatur seruus dñi p̄sonat contra edom. sanguineū terrenūq̄ fr̄em fratris quoq̄ iacob semper emulum hasta percutit spiritali.

Explicit argumentum. Incipit Abdias propheta. Capitulum I

Isio Abdie

Hec dicit dñs de' ad edom. Auditū audiui mus a dño. et legatum ad gentes misit. Surgite. et cōsurgamus aduersus eū in preliū. Ecce puulū de di te in gentib. Cōteplabilis tu es valde. Supbia cordis tui extulit te h̄itāntē in scissuris petraz exaltantē soliū tuū. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terram. Si exaltatus fueris vt aqla. et si inter sidera posueris nidū tuū inde detrahā te dicit dñs. Si fures introissent ad te si latrones p̄noctē. quō cōticiuisses. Mōne furati essent sufficientia sibi. Si uinde miatores introissent ad te. nūqd̄ saltes racemū reliquissent tibi. Quō scrutati sunt esau. Inuestigauerunt abscondita eius. Et q̄ ad terminū emiserunt te omnes viri federis tui illuserūt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis tue. Qui comedunt tecum. ponēt infidias subter te. Non est prudentia in eo. Nū quid non in die illa dicit dominus p̄dā sapientes de ydumea. et prudentiam de monte esau. Et timebunt fortes tui a meridie. vt intereat vir de monte esau Propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum iacob. operiet te confusio. et peribis in eternum. In die cum stares aduersus eum quādo capiebāt alieni exercitum eius et extranei ingrediebātur portas eius et sup

Jonas

Iherosale mittebat forte, tu quoque eras quasi vnus ex eis. Et non despicias die fratris tui, in die peregrinationis eius. Et non letaberis super filios iuda in die perditionis eorum, et non magnificabis os tuum in die agustie. Neque ingredieris porta populi mei in die ruine eorum, neque despicias et tu in malis eius in die vastitatis illius. Et non emittes aduersus exercitum eius in die vastitatis illius, neque stabis in exitibus ut iter facias eos qui fugerint. Et non claudes reliquias eius in die tribulationis quam mixta est diebus domini super omnes gentes, sicut fecisti. fiet tibi, retributionem tuam auertat in caput tuum. Quomodo enim bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, et bibent et absorbent, et erunt quasi non sint. Et in monte sion erit saluatio et erit sanctus. Et possidebunt domum iacob eos qui se possederunt. Et erit domus ignis, et domus ioseph flamma, et domus esau stipula. Et succedetur in eis et deuorabunt eos, et non erunt relique domus esau, quia dominus locutus est. Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt montem esau, et qui in campibus philistinum, et possidebunt regionem effraim, et regionem samarie. Et beniamin possidebit galaad, et transmigrationis exercitus huius filiorum israel omnia loca chananeorum usque ad sareptam, et transmigrationis hierusalem in qua in borsoro est possidebit ciuitates austrum. Et ascendent saluatores in montem sion iudicare montem esau, et erit domino regnum.

Explicit Abdias propheta. Incipit prologus in Jonam prophetam.

Quoniam scriptum hebrei affirmant filium fuisse mulieris vidue sareptane, quem helias propheta mortuum suscitauit misse postea dicente ad eum nunc cognoui quia vir dei es tu, et verbum dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic vocauit amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. Et ex eo quod verbum helias locutus est ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate

columba nascitur, quia ionas, columba sonat. In condemnationem autem israel ionas ad gentem mittitur, quia niniue agente penitentiam illi in malitia perseuerant. Tempibus quippe hierosolyma regis israel qui deo derelicto, cum populo suo in samaria idolis sacrificabat, ionam propheta fuisse quartus liber regum indicat. Is cum prophetia illuminante peccatores ciuitatis niniue dei misericordiam consecuturos videret, ne falsa predicare videretur, ad denuncian dum interitum eiusdem ciuitatis ire volebat. Nam sicut deus ad abraam de impietate sodomorum et gomorreorum locutus est, clamor sodomorum et gomorreorum peruenit ad me. Ita et de niniue dicitur eo quod ascendit clamor malicie eius ad deum. Et quia sententia dei de sodomis facta, minime reuocata est, ita et ionas aduersum niniuen prolatam sententiam reuocare nolebat diuine dispensationis ignarus qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult quam interitum. Hoc illi acciderat quod et sancto heliseo, qui filium sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. Ideo a conspectu dei fugere se ionas putabat humanum aliquod passus, dicente dauid. Quo illo a spiritu tuo et a facie tua quo fugiam.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

i
Jonas columba pulcherrima naufragio suo passionem domini prefigurans mundum ad penitentiam reuocat, et sub nomine niniue salutem gentibus denunciat.

Explicit argumentum. Incipit ionas propheta. Capitulum I

e
Factum est verbum domini ad ionam filium amathi dicens. Surge et vade in niniue ciuitatem